



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 124. Alius Conventus Francofordiæ habitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

fex hunc Ducem præ cunctis interpella-
vit; ejus enim potissimum intererat hæc
caussa, eoquod Nepos ejus in Colonien-
sis, frater vero illius (licet spurius) in
Trevirensis locum suffectus esset.

§. CXXIV.

Alius conventus Francofordiæ habitus.

Cum Eugenius tam benevole Princi-
pum votis obsecundasset, non mo-
dice eorum gratiam sibi conciliabat;
quapropter alium conventum ad initium
Septembris ejusdem anni Francofordiæ
celebrarunt; Intererant idem Thomas
Bononiæ Episcopus, & Joannes Carva-
jalus, ambo Pontificis Legati. Miserunt
quoque Basileenses Cardinalem Arela-
tensem, aliosque. In hisce comitiis
post crebras vtrinque altercationes de-
mum ad Æneæ Sylvii, aliorumque Fri-
derici Legatorum preces, conscriptæ
sunt quædam propositiones, quas si Eu-
genius ratas haberet, neutralitas in Ger-
mania tolleretur, solique Eugenio tan-
quam unico ac supremo Pontifici obedi-
entia restitueretur. Capto hoc consilio
Principes anno proximo ineunte ad Eu-
genium Papam Legatos decernebant.

§. CXXV.

priori ab eis postulata fuisse narrat de auctori-
tate Conciliorum. Vide §. sequentem CXLIII.